



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scholia In Primarias Preces Imperatoris

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

XVI. An Precistæ contrahenti matrimonium vel sponsalia de præsentī poßit
Cæsar alterum ei surrogare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62387](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62387)

*Precista
fallit
crimino-
sus an a-
liar. Pre-
ces à Ce-
sare im-
petrare
pōtūt.*

Verum è diverso quæritur, si Precista fiat inhabilis, vel irregularis, aut cri-
men commisit, quod privationem inducit ipso iure, sicque nominatione sua
exciderit, an is postea alias Preces à Cæsare impetrare poterit? Pro negativa
facit quod si rursus admittatur, ludibrio erit prior privatio, c. commissis, de E-
lectio. in 6. Clem. ne in agro, §. ceterum, de statu Monach. L. prator, ff. de iudic. Nihilominus affirmativa verior est, probaturque argumento à contrario sensu: nam
si quis fuerit adeptus secundum beneficium incompatible cum primo, ipso
iure est privatus primo, ad quod redire non potest sine nova collatione, Ex-
tr. avag. execrabilis, §. statuimus, de preb. ergò à contrario sensu cum nova colla-
tione redire poterit, per c. 2. de renunciat. atque ita pari ratione poterit alias no-
vas Preces impetrare, earumque vigore beneficium obtinere.

*An Cæsar
Precista
contra-
henti ma-
rimonio
possit al-
terum sur-
rogare?*

DECIMO QUINTO quæritur, si Precista contrahat matrimonium, aut spū-
salia de presenti, quo casu Precista suis censetur renunciare Precibus, gl. & DD.
in c. uno, de cler. coniug. in 6. an Cæsar possit huic alterum surrogare? Ita videri-
tur: quia quamdiu Preces non sunt sortitæ effectum, Jus nominandi Cæsari
competens non censetur extinctum, per ea quæ supra ostendi in glo. verò quod
si per te vers. quinto quæritur. Ad quid si contraxerit matrimonium & non ten-
uerit? dicendum Precistam non excidere suis Precibus per Reg. non præstat
impedimentum quod de iure non sortitur effectum, de Reg. iur. in 6. Imò, qui
impetravit primam vacaturam, & interim uxorem duxerit, poterit nihilomi-
nus si tempore vacantis præbendæ uxor sit mortua, primam vacaturam ob-
tinere, verba sunt Angeli in §. 1. n. 1. in ff. Quibus mod. ius pat. potest sol. In quo ta-
men ego subsisto. Cæterum quod dixi in casum matrimonii posse Cæsarem
Precistæ alterum surrogare: Extende 1. si Precista suis Precibus renunciave-
rit, quia potest quis privilegio in suum favorem introducto renunciare, L. si
quis in conscribendo, C. de Episcopis & Clericis, cap. si diligenti, de foro competentis; id-
que sive expressè, sive tacitè, quia hoc casu tantum operatur tacitum, sicut ex-
pressum, arg. L. cum quid, ff. si certum petatur, & ibi laic. las. eoq; casu alterum, sur-
rogabit, per prædicta. Tacitè autem censetur renunciare, si Precista efficiatur
miles; qui enim arma militaria exercet, perdit privilegium Clericorum: quia
facit actum contrarium clericatui, Innoc. in cap. 1. in Audientia, de sentent. excom.
Imò perdit beneficium si quod habet, Flami. Paris, de Resig. benef. lib. 1. quæst. 1.
n. 22. & ita in terminis decidit Senatus Sabaudie apud Ant. Fabrum l. 1. de sen-
for. tit. 3. de s. 25. Idemque dicendum de milite cœlestis militiæ: unde si Pre-
cista cucullam monasticam sumat, professionemque emittat, cadit iure Pre-
cium, Probus tract. iuris Regalium quæst. 6. potestque denuo Cæsarium in eius
locum surrogare, iuribus dictis.

DECIMO SEXTO quæritur, an Cæsareæ Preces sint iuris favorabilis, vel
odiosi. Pro affirmativa facit quod pontifex motus fuit ob favorem, & me-
rita

PRIVILEGIA
REGULARIUM
ET
COMMENTARIA
IN REGULAS
CANCELLARIUM
APOSTOLICARUM
LIB. III
8